Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35430
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

contristemini. sicut & ceteri qui spem non habent. Si
num credimus quod ihc mortuus est & resurrexit. ita et
deus eos qui dormierunt. p ihm adducet cum eo. Hoc enim
dicimus in uerbo dni. quia nos qui uiuimus qui residui su
mus in aduentu dni non preueniemus eos qui dormierunt
quoniam ipse dns in iussu & in uoce archangeli & in tuba
dei descendet de celo. & mortui qui in xpo sunt resurgent
primi. Deinde nos qui uiuimus qui relinquimur simul rapiemur
cum illis in nubibus obuiam xpo in aera. & sic semp cum do
mino erimus. Itaq;. consolamini inuicem in uerbis istis.

Y ill. r. Dixit martha ad ihm. Sed a Johanne.
Dne. si fuisset hic. frater meus non fuisset mortuus. Sed
& nunc scio. quia quecumq; poposceris a deo. dabit tibi de
us. Dicit illi ihc. Resurget frater tuus. Dicit ei martha.
Scio quia resurget in resurrectione. in nouissimo die.
Dicit ei ihc. Ego sum resurrectio & uita. Qui credit in me.
etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit & cre
dit in me. non morietur in eternum. Credis hoc. dic illi.
Y triq; domine. Ego credidi. quia tu es xpe filius dei
qui in hunc mundum uenisti.